

LETTRE DE LA S. C. CONSISTORIALE(Texte officiel.)

Saera Congregatio Consistorialis

Num. Protoe. 243

II

Rome, die 18 julii 1912.

Illmis ac Rmis Ordinariis

Marianopolitano et Sti Hyacinthi,

Illmi ac Rmi Domini,

Duodeviginti sacerdotes antiqui collegii S. Mariae de Monnoir contra decretum Rmi Delegati Apostolici diei XIIIae maii h. a. quo suspensionis censura plectebantur recursum apud Apostolieam Sedem interposuerunt, pretextentes iniustum esse poenam, eo quod datis sibi praeceptis parere non possunt. Re autem apud Sacram hanc Congregationem de more examinata, unanimi Emorum Patrum suffragio die XIa Julii lato, a SSmo D. N. Papa in audience sequentis diei confirmato, recursus reiectus fuit. Ideoque memorati sacerdotes supremo Apostoliceae Sedis iudicio damnati et suspensionis censura constrieti, ab omnibus ubilibet suspensi a divinis habendi sunt. Officij autem erit Amplitudinum Vestrarum, qua Ordinarii locorum et ipsorum sacerdotum, hos sacerdotes Vestrarum litteris certiores facere, simulque fideles omnes haec de re docere.

Cum vero tam diuturna et pervivax eorumdem sacerdotum obscientia mandatis Ordinariorum suorum, sententiis rite legitimeque latis, ipsisque monitionibus et praeceptis Apostoliceae Sedis res maxime reprobanda sit, in sacerdotibus praesertim qui ob suum carecterem, ob suum officium, et ob ipsam